Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

R. P. Magistri Michaëlis Micard, Doctoris Parisiensis Ordinis Minorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153

R. P. Magiſtri Michaëlis Micard, Doctoris Pariſienſis Ordinis Minorum.

Ego infraſcriptus facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, & Conuentus S. Bonauenturæ Lugduni Guardianus; teſtor me vidiſſe, ac legiſſe librum, Bibliotheca Pontificia, *inſcriptum, in quo omnia & ſingula orthodoxæ fidei conſona, & maximo cum labore inueſtigata, ac proinde dignum qui prælo committatur, iudico. Datum in prædicto Conuentu vigeſima Decembris anni* 1641.

Fr. Michael Micard.

R. P. Magiſtri Joannis Chauanon, Doctoris Theologi Ordinis Prædicatorum.

Silerent modò omnes Magnates terræ, niſi eorum virtus celebritate nominis ſui, & ſtilo Scriptorum, qui famam eorum ebuccinant, animos omnium poſterorum vehementer commoueret. Silerent quoque non ſolùm Conſules, & Tribuni illi terræ, de quibus S. Iob agit, niſi hiſtorici loquerentur. Denique mihi ſilere viſi fuiſſent Summi Pontifices Romani vitâ functi, quorum ſonus in omnem terram olim exiuit, teſte Prophetâ, niſi in hoc Opere R.P.F. Ludouicus Iacob à Sancto Carolo, Author duorum librorum, ex quibus conſtat *Bibliotheca Pontificia*, eorum nomina celeberrima velut è tumulo ſuſcitaſſet. Tantùm ergo eius opus cenſeo, ſentióque, vt in lucem prodire mereatur. Ita teſtor Lugduni in Conuentu Fratrum Ordinis Prædicatorum die 14. Ianuarij anni Domini 1642.

Fr. Ioannes Chavanon.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN